

## De sancto

De sancto Hieronimo.

**H**ieronimus eusebii viri nobilis filius ab oppido stridonis quod dalmacie et panonie confinia tenet exiit oriundus. Hic adhuc puer romam adijt. et litteris grecis latinis et hebraicis plene eruditus est. In grammatica domitiani habuit preceptorum. In rhetorica autem Heliodorum oratorem. In scripturis autem domitius exercitabatur die ac nocte. ac inde habuit autem quod postmodum effudit abunde. Quodam tempore sicut in epistola ad Eustochium prohibet. dum de die Tullium et de nocte Platonem auidem legeret: eo sermo inculcatus sibi in libris prophetis si placeret: circa mediam quadragesimam tamen subita et acuta febre arripit. ut toto frigefcente iam corpore vitalis calor in solo pectore palpitaret. dum vero exequie funeris parent: subito ad tribunal iudicis trahitur. et interrogatus cuius conditoris esset: christianum se esse libere persistit. Ad quem iudex. Mentiris inquit. Ciceronianus es: non christianus. ubi est ei thezaurus tuus ibi et cor tuum. At Hieronimus obmutuit et continuo iudex ipsum durissime cedi iussit. Tunc clamavit et dixit. Misere te mei domine misere mei. Tunc qui ashabat presbiter abantur vixentia tribueret adolescenti. Ipse autem per deum iurare et dicere cepit. Domine si nunquam habuero codices seculares si legero: te non negabo. In hac igitur iuramenti verba dimissus subito reuulsit. Tunc lacrimis totum se inuenit perfusum. et ex verberibus que ante tribunal susceperat: scapulas terribiliter inuenit lutescentes. Tanto autem studio libros difficiles extunc legit: quanto libros generalium nunquam legerat. Dum autem esset annorum xxxix. in romana ecclesia presbiter cardinalis ordinatus est. Tertio vero Liberio papa Hieronimus summo dignus sacerdotio ab omnibus acclamatur. Sed dum quorundam clericorum et monachorum lasciuiam increparet: illi indignati ei insidias parauerunt: sed et per vestem mulieris inquit ait. Io. Beletus ad eis turpiter est

## Hieronimo

tenus. Maxime autem Hieronimus ad matutinas more solito surgeret: vestem mulieris quam emulsi iuxta lectum posuerant repperit: suamque credens induit et in ecclesia sic processit. Decem autem emuli fecerunt ut mulierem habere et thalamo crederet. Quod ille videns tante corporis vestime locum dedit. et ad Gregorium nazarenum constantinopolitane urbis episcopum peruenit. Postquam autem ab ipso sacras litteras didicit in beremum peruenit. ubi quanta per ipso sustinuerit ipse ad Eustochium narrat. Quoniam in beremum constitutus et illa vasti solitudine que exusta solis ardore horridum monachis prestat habitaculum: putavi me romanis delicis interesse. Horrebant sacco membra deformia squalida cutis sicut et ethiopice carnis obduerat quotidie lacrimis quotidie gemitis. Et si qui repugnantem somnum inuenes oppressisset nuda humo vix ossa inberentia collidebant. de cibis et potu taceo. Cum etiam languentes aqua frigida vrantur et coctum aliquid accepisse luxuria sit. et in scorpiorum tantum socius et ferarum sepe choribus intererit puellarum. et in frigido corpore et carne primorua sola libidinis incendia pullulabant: ita quod semper flebam et repugnante carne edomanda inedia subigebam. diem crebro coniungi cum nocte. Nec prius a pectoris secessibus verberibus quam a domino rediret tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum conscientiam permecebam. et mihi iratus et rigidus solus deserta penetrebam. Et ut mihi testis est dominus: post multas nonnumquam lacrimas: mihi videbar interesse agminibus angelorum. Per quod vixenniū ergo ibidem penitentia sic peracta ad Bethleem oppidum remeavit. ubi prudens animal ad presepem domini sese obtulit permanfurum. Bibliothecam autem suam quam summo studio sibi condiderat clausam. Aliosque libros iterum relegens diem ieiunium ducebat usque ad vesperum. Multos autem ibidem discipulos coadunans in sancto proposito et translatione scripturarum searum quinquaginta annis et